

100000. erit Quotiens 47809 $\frac{20349}{100000}$ Sic etiam si numerus 9700203. diuidendus sit per 10000. Quotiens erit 970 $\frac{203}{10000}$ atque ita de cæteris.)

Neque vero hoc prætereundum est, si numerus diuidendus habuerit aliquot cifras in principio, & antequam tota diuisio absoluat, nulla figura significatina in diuisione relicta fuerit, ponendas tunc esse post Quotientem omnes cifras numeri diuidendi nõdũ deletas. Vt

si diuidendus 112
 proponatur numerus 1863000000 (540000000) per 345.
 1863000000
 345

quoniam post secundam operationem nihil in diuisione remansit, si post inuentum Quotientem 54 ponantur quinque cifrae numeri diuidendi nondum deletæ, fiet totus Quoties 5400000. absolutaq; erit diuisio.

Ex his quæ de additione, subtractione, multiplicatione, diuisioneque numerorum integrorum dicta sunt, omnia, quæ in vniuersa Arithmetica traduntur, tanquam ex elementis pendunt: adeo vt omnia per ea conficiantur, nihilque aliud in quæstionibus Arithmeticis soluendis præcipiendum sit, quam vt numeri vel addantur, subtrahanturve, aut multiplicentur, diuidanturve. Itaque nisi quis in quatuor illis operationibus Arithmeticis probe sit exercitatus, frustra sese ad alia, quæ tradituri sumus, conferet.

Facilis aliquando fit diuisio quando diuidendus numerus habet aliquot cifras in principio

Additio, Subtractio, Multiplicatio & Diuisio fundamenta sunt omnium quæ in Arithmetica traduntur.

F 3 NVME-